



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli

Kircher, Heinrich

Coloniæ Agrippinæ, 1676

Verba Apocalypseos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39100

Hactenus in hoc Capite Historia prophetica de Bestia posteriore: & narratio plena de utraque Bestia. Sequitur Index in tempora hujus prophetiae; Versus 18.

TRACTATUS XXI.

IN CAPITIS XIII. Versum postremum.

Postquam de utraque dixit Bestia, indicat unde possit dignoscitur tempus quando haec incipient.

VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap. 13. Vers. 18.) *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, comprehendet numerum bestiae. Numerus enim hominis est, & numerus ejus, sexcenti sexaginta sex.*

§. I.

De illis verbis: Hic sapientia est.

Sapientia est: Primò scire utriusnam Bestiæ numerus afferatur è duabus. Secundò, quo consilio is numerus reveletur. Tertiò, cur hujus potius Bestiæ quam alterius.

Numerus est prioris Bestiæ:
1. **E** Tenim duplex Bestia descripta est in hoc Capite: & admirabilis est Apocalypsis, qua relinquere videtur Lectorem suspensum in medio, utrius Bestiæ sit numerus de quo agit: ejusne quæ est prior & cuius faciet posterior potestatem, an verò ipsius posterioris. Sed qui revolverit diligenter hoc Caput Apocalypseos, & ponderaverit ea quæ dicuntur de admiratione illius quæ est BESTIA PRIMA, & ejus CUJUS CURATA

EST PLAGA MORTIS, & QUIÆ HABET PLAGAM GLADII ET VIXIT, quodque in illius CONPECTU (utpotè alterius) facturus sit aliis SIGNA, & quod illius sit futura IMAGO & simulatio quæ loquatur, & cui ab altera Bestia imperetur cultus seu adoratio: is ex verbis Joannis illud arbitrabitur, sine ulla dubitatione describi numerum primæ Bestiæ.

2. Et hoc eo consilio pernecessario: Fuit is
F 2 ut

